



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Comissarius Gen. Prou. Belgicæ n. 55

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

datione, priuatim, ac publice loqui, cum eisque per aman-  
ter agere, & mutua hospitalitatis, ceterisque omnibus cha-  
ritatis officijs, certare studeant, eo cultu, ac veneratione,  
quæ & minimam hanc nostram Societatem decet, &  
religiosissimæ familiaz, natu ac dignitate maiori, maximè  
debetur.

## A FRANCISCANIS.

Societas à Capit. Gen-  
ner. Valli-  
slet. Com-  
mendata. 54. **A CAPITVLO GENERALI** Vallisletano celebrato anno 1565. quod postquam Seraphici sui Ordinis Religiosis prece-  
pisset aliorum Ordinum Religiosos benot tractare, addidit. Præcipue Patres Societatis IESV, quos debent amare, honorare, & cum charitate recipere ad suorum festorum celebrationem, &c. Ita in sermone de stigmatibus S. Francisci per P. Ioannem de Armenta Hispali typis edito ann. 1618. fol. mihi 3. col. 1. In quibus verbis venerabiles illi Patres in grauissimo illo Capitulo congregati, Specia-  
lem suum amorem & existimationem erga Societatem & suos satis demonstrarunt.

Et à Com-  
missario  
Provincia  
Belgicæ in  
errectione  
Collegij Na-  
murcensis. 55. **A COMISSARIO GENERALI** Provincie Belgicæ: cum sermo varius de erigendo Namurensi Collegio crebresceret, periculum multis amicis subesse videbatur, ne Religiosi Patres Instituti S. Fran-  
cisci de Obseruantia, quorum præcipua Namurci auctoritas, ei negotio remoras adferrent. Comissarius ergo P. Guardiani rogatu, Cauit in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub poena carceris, ne suo-  
rum quisquam facto, verboque ostenderet, aduentum So-  
cietatis in eam viam sibi gratum non esse. Fassus est etiam nostris dictus Guardianus ingenuæ, Nostrorum commendatione longe auctiores accesisse eleemosinas Monasterio, et si alendo militi Ciuitas nunquam magis exhausta fuisse videretur. Hec in Annal. Soc. ann. 1600. fol. 516.

56. **AB EMANVELE RODERICO** Insigni Lustiano & Scriptore eruditissimo, Seraphici Firmamenti Stella fulgentissima: qui

Tom. I.